

# **Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 125**

Ego in Dei nomine Godetruda pertractans tam de Dei parte seu pro remedio anime mee, idcirco dono ad ecclesiam sancti Willibrordi portionem meam in pago Ardinense in villa que dicitur Hingendorf, et in alio loco nuncupante Cuontestumb, situm etiam in pago Ardinense, quicquid ibi visa sum habere et in hereditatem michi advenerat, id est tam casis, curtilis, terris, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum anno XXXIIII regnante Karolo rege.